



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Recognoscit versionem Romani Catechismi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

vulgus, veritatis admota luce disiiceret. Ad eam denuntiationem inter modestiam Viri Dei, opinionemq; de se abiectissimam cum inexplorata, subitaq; obedientia contentionis non nihil fuit. Sed omnem controversiam statim ad Præpositū Generalem, uti semper consuecerat, detulit: ei que, vbi se totum aperuit, componendam, ac dijudicāndam reliquit: non recusaturus laborem, quem se omnem obedientiæ sanctæ sciret debere, & Præpositi nutum, duce Deo, fideliter secuturus. Interim, ne quod ynquam tempus operosus vir in vno duntaxat, simplici opere negotioq; exigeret, super Prouinciacurias recognitionē habebat in manibus Romani ad Parochos Catechismi Eū Catechismū germanice Paul. Hoffæ vertebat ipsiq; Canisio item Pontificis iussu curandæ versionis, eiusque recognoscendæ ac probandæ demandatum negotium erat. Vbi vero responsum perlatum est à Præposito Borgia, ut stylum aduersus Centurias omnino sumeret, primū omnium

*Recognoscit
Versionem Ro.
mani Catechis.
matis.*

Quo animo, &
apparatu ad
scribendum ac-
cesseris.
Aug 17

summa reuerentia, & promptissima voluntate velut ab Christo ipso profectū exceptit imperium: deinde ad opus arduum, & quod supra vires rebatur suas, ritè aggrediendum, & aptè prosequendum